

6. 263

M. 2,741. 2794.

F. Iug. Martin Glaesneri diatribe philolog. de R. Simeone filio Joachi,
auctore libri Sohar, in qua Schottgenii dissertatio de eodem exami-
natur. Hildes. 1736.



Volumen Supplementorum Scriptorum
minor. B. Christ. Schöttgenii
varii argumenti.

1) Dissert. de Jure publico Reipubl. Romane
Stargard. 1726.

2) progr. ad audiend. orat. de artibus paucis
Dresd. 1741.

3) progr. ¹⁷³⁹ Historia terre Pissenfis Dresd.
libri eiusdem libri numeris II. Ges. Gradofus
Orelli filii Missionarii ad Grauebras
Salv. 1742.


4) progr. ad audiendas orato. in schola Americana
Dresd. 1744.

5) G. C. R. Antiquum Hattentotitarum Vol. I.
ad Caput bonae spei 1897.

(Seu progr. II. Schoettgenianum de Burgrau.
Dolmenibus, cui iocci causa a B. Kreysig
iste titulus praefixus est.)

6) Jac. Grif. Dictionar. physiograph. Commiss.,
Dasz Griftstab au hinen Mitt-straß Quadrata
au nemur fortlaye gristobru aus Leiss wistell
mit innr. Nomre 1746. Dictionar. Grif. 1746.

7) Historisch Raisings von Oberst Nagelström
1. Teblichung Dab. 1751.



Q. D. B. V.

AD

A V D I E N D A S

ORATIONES VII.

IN SCHOLA CRVCIANA,

d. XXXI. JVLII, HORA II. POST MERID.

P V B L I C E H A B E N D A S,

MÆCENATES, PATRONES AC FAVTORES

MELIORVM LITTERARVM,

PRECIBVS, QVANTVM POTEST, DEVOTIS

ET HONORIFICIS

INVITAT

CHRISTIANVS SCHOETTGENIVS,

RECTOR.

DRESDAE,
LITTERIS HARPETERIANIS.



Nimus erat, quam nuper de Burggraviis Donensibus te-
lam occipi, pertexere, quum ecce ex improviso su-
perveniunt, quæ justam commentationem, prout alias
soleo, absolvere haud permittunt. Ne dicam de sum-
tibus, quorum pars non minima hue usque a me sol-
venda fuit, quosque lucri facere tandem aliquando non injustum fuerit:
vel cerre consilium capiendum, qua ratione scripta hæc publica sine
meo incommodo imprimantur. Igitur jam quidem brevibus me ex-
pediam. Diu est, quod Psalmus XXXVII. & LXXIII. mihi in deliciis
fuerunt, ut ex illis saperem, neque, quod sequius est, contra Deum susci-
perem. Hinc eosdem meis commendare non omisi, ut se rebus futu-
ris parare discant, neque fortuna perversorum hominum secunda a ve-
ro tramite deflectant. Non enim scholæ discendum est, sed virtù, cuius
maximam partem apud viros honestos & Deum timentes varia in-
commoda constituant, quæ a malitia hominum sustinere coguntur.
Notus est liber Senecæ de Providentia, cuius titulum Muretus ita ponit,
Quare bonis viris multa mala accidunt, cum sit Providentia; quippe quem
non solum Codex MS. Siculus exhibet, sed etiam Lactantius libro VI.
qui est de Justitia. Ibi plura in hanc rem habentur, satis sobrie, & ad
mentem Davidis, prolata. Sed tamen, si, quod res est, dicendum, Spi-
ritus Sanctus optimus hac in parte magister est, qui, nisi nos, ut in
omnem, sic in hanc quoque, veritatem introduceret, actum sane de no-
bis esset, & plerique a vero justitiae tramite deficerent. Parandæ igitur
sunt quentes adolescentum, ne credant, se aliquando, ad munera publica
admotos, meritis deliciis gavisuros, si scilicet Deum timere, animarum
curam gerere, malis obfistere, conscientiæ satisfacere, & more Christiano-
rum recte agere velint. Tunc enim malitiæ princeps omnes suas
corias contra ipsos excitabit, illosque ab instituto suo ut removeat,
omnem lapidem movebit.

Pluribus autem de his agere consultum non est. Exiguum igitur,
quod mihi restat, spatiū huic sententiæ illustrandæ dabo, *Meliorē esse
sortem eorum, qui patiuntur, quam illorum, qui alios contumelias & injuriis
adfectunt.*

adjiciunt. Paradoxon hoc videbitur illis, qui rem ex vero aestimare non
didicerunt, sed ipsa niti veritate his, qui sequentia mecum ponderabunt.
Illos vulgo sapientiores habemus, qui mundum & res, quae in illo gerun-
tur, perspectas habent atque cognitas. Atqui vero tum demum recte
agnoscimus mundum, quando variis ab illo molestiis agitamur. Et
ipse Divus Apostolus docet, afflictionem in nobis proferre experienti-
am. Experimur scilicet, a quo Deo mundus regatur, quam libenter
calumniis contra viros honestos & probos aures praebat, quam cupide
gloriam Dei amplificare, regnum vero Diaboli destruere studeat, quam
amans sit Dei & hominum, quanto ardore salutem publicam privatis
suis cupiditatibus praferat. Hæc experientia multum conduit. Ni-
si enim mundum cognosceremus, facile ab illius tendiculis ac fraudi-
bus deciperemur. Qui praeter meritum affliguntur, similiores sunt
Servatori sanctissimo, qui & ipse multa sustinuit, nihil mali promeritus.
Socius est virorum sanctorum, Noachi, Josephi, Davidis, Mordechæi,
Apostolorum, Martyrum & Confessorum, quos omnes nunc beatissi-
mos prædicamus. Si igitur vere sunt beati, cogitemus, afflictiones
ipsis præparationis loco fuisse ad gloriam æternam, qua nunc apud De-
um fruuntur, & ad famam egregiam, qua ipsos in his terris sequitur.
Qui curiosos habent actionum suarum inspectores, & laudatu digna-
rum calumniatores, illi cautores longe sunt, ut in ratione vita Christia-
nae, & munera, quod ipsis demandatum est, nihil temere suscipiant, sed
multa cum circumspectione versentur. Similiores igitur rursus sunt
imaginis Servatoris sui, dum quotidie semet ipsos emendant, omnibus
obrectandi caussas eripiunt, & vitam ad exemplar Magistri sui compo-
nere satagunt. Tandem vero hoc apud omnes in confesso est, eos,
qui cum Christo moriuntur, cum ipso victuros: qui cum ipso quam-
plurima tolerant, cum eodem in perpetuum regnaturos. Hæc est ve-
ra τῶν συναποθηκούσι τὸν amicitia, in fabulis quondam celebrata, sed die
hujus universi extremo, & post in omnem æternitatem, manifestan-
da. Mira in hac ipsa re insunt divinae veritatis vestigia, dum scilicet viri
quondam sancti, varia corporis & animi tormenta sustinentes, spe futu-
ra, non vana ac pudenda, sed certissima, erecti, omnia illa ridere, ac
mortem crudelissimam ovantes expectare potuerunt. Si spatium mi-
hi

hi prōpositum pateretur, ex contrariis quādam illustrare utique possem, sed manum de tabula.

Prāmisi vero hæc, ut Lectores in rem prāsentem parumper intro-
ducere. Materiam dicendi adolescentibus nostris ex Psalmo LXXIII.
proposui, sequenti ordine.

1. JO. GODOFREDVS BERGER, *Vilbersdorffio-
Misnicus*, docebit, neminem solita divina sibi applicare posse, nisi qui corde
puro gaudet.

2. JO. GEORGIVS ZICHNER, *Klotzchenſis*, ex vi-
cinia nostra, cauſas enarrabit, quare impiis pleraque ex animi sententia
succedant?

3. CAROLVS FRIDERICVS FLEISCHER,
Tarantinus, ostenderet, multos felicitate hominum malorum offendit.

4. CHRISTOPH. HENRICVS KOITZSCH,
Elystromerdensis, hoc exponet, in magna malorum hominum fortuna finem
esse exspectandum.

5. CHRISTIANVS GOTTLLOB SEYFFERT,
Bornensis, quæſtionem enucleabit, an, qui Deum vere timent, fruſtra
agant?

6. CHRISTLIEB EPHRAIM HERZOG,
Dittersdorffiensis, docebit, Exiūm honorum fore fauſtissimum.

7. JO. FRIDERICVS HVBSCHMANN, *Rabenovi-
ensis*, illud confirmabit, de Deo tantum, exemplo Davidis, esse gauden-
dum.

Hæc orationes publice habebuntur die XXXI. Julii, hora & loco
apud nos solitis, ad quas benevolē audiendas ut Mæcenates, bonarum
literarum Fautores ac Patroni frequentes adesse dignentur, & pretium
aliquod studiis litterarum apud se esse ostendant, humanissimis preci-
bus rogo atque contendō. Dabam Dresdæ d. XXIII, Julii

clo i o c c x l i v .



Thk 300

ULB Halle
004 584 929

3







B.I.G.

Q. D. B. V.
AD
VDIENDAS
IONES VII.
OLA CRVCIANA,
, HORA II. POST MERID. 1744
ICE HABENDAS,
ATES, PATRO-
C FAVTORES
RVM LITTERARVM,
ANTVM POTEST, DEVOTIS
HONORIFICIS
INVITAT
VS SCHOETTGENIVS,
RECTOR.
DRESDAE,
S HARPETERIANIS.